

sexilem Veneris dextrum in quinta radicis, Die 25 Nouembris ad sexilem Satur-
ni sinistrum in sexta radicis.

Profectione Solis est ad 10.40. Cancri in decima domo radicis ad usq; diem
25 Septembris, fœlicissimus status promittitur dignitati, professioni, famæ, muneri
quo quisq; fungetur, tum res meliores faciunt, Regum, principumq; munificentia,
sua p; uirtute nouum splendorem consequuntur. A 25 Septembris, in reliquum reuo-
lutio est in undecima domo, tum congregant redditus professionum & munerum, &
principalium beneficiorum, sed & benefici erga suos tunc esse solent. Dies huius
profectionis sunt: Die 22 Martij ad quadratum Solis sinistrum. Die 16 Junij ad qua-
dratum Mercurij sinistrum. Die 22 Junij ad trinum Lunæ dextrum. Die 8 Augusti
ad sexilem Iouis dextrum. Die 8 Octobris ad quadratum Veneris sinistrum in de-
cima domo. Die 19 Ianuarij, ad partem regni in undecima domo.

Profectio Medij cœli est ad 25 gradum Virginis in duodecima domo radicis
usq; ad 4. diem Aprilis, tunc aliquid damni faciet, quod à Regibus & principibus
detur, aut professionis, honorum ue detimenta sentiet, aut principum amittet benig-
nitatem, aut obtrectationibus, inuidia, maledicentia premetur, tum & consanguinei,
aut amici morte eripiuntur. A die 4 Aprilis est in domo prima, per reliquum tem-
pus reuolutionis, Tum promittitur fortuna munerum & functionum publicarum,
artificiorum, imperij, accessionesq; amicitarum, gloriæq; ac dignitatis amplitudo, si
genesis figura decreuerit &c. Dies huius profectionis sunt: Die 2 Septembris, ad
quadratum Saturni dextrum in prima domo. Die 28 Septembris, ad oppositum So-
lis in prima. Die 9 Octobris ad Sexilem Martis sinistrum in prima. Die 24 De-
cembris ad 8 Mercurij in prima.

Profectio partis fortunæ est ad 3.28 Leonis in undecima domo radicis usq; in
21 diem Decembris. Bonum ab amicis expectandum, tunc lucrosæ erunt negotia-
tiones, fœliciter pecunia tunc mutuabitur, hoc aptum est tempus petendæ debitæ pe-
cuniæ, aut meriti beneficij à principibus. A 21 Decembris in finem reuolutionis est
in duodecima domo. Proderunt tunc captiui & mala facinora, equi, boues, asini, &
huiusmodi animalia, Sed tum ferè aliquid de fortunis minuitur ui aut clam. Dies hu-
ius sunt: Die 5. Aprilis ad partem regni. Die 18 Junij ad trinum Solis sinistrum.
Die 30. Junij ad corpus Martis. Die 11 Septembris ad trinum Mercurij sinistrum.
Die 16 Septembris ad quadratum Lunæ dextrum. Die 25 Nouembris ad caput
Draconis. Die 16 Ianuarij ad trinum Veneris sinistrum, in undecima domo.

Nota: Quandocunq; aliqua profectio pertinget ad bonum aspectum, uel ad
corpus fortunæ, significat bonitatem significati talis profectionis & domus in quam
cederit, ac iuxta naturam talis planetæ, cuius est aspectus. Si ad malum econtra ma-
lignantatem portendit.

Iupiter dominus anni id est, dominus signi profectionalis, à principio huius re-
uolutionis in 9 usq; diem Maij in reuolutione in medio cœli repertus significat fœ-
lices euentus omnium rerum, potissimē facultatum, uictusq; parandi, liberorum sus-
cipiendorum, tunc incrementa promittuntur famæ & fortunarum, tunc Deo homi-
nibusq; grati, & accepti regibus, fiunt nati, facileq; quæ uolunt, & uerecundè petunt,
obtinent, tunc bonum contingit pro natura domus, in qua Iupiter repertus fuerit, &c.

Saturnus dominus anni à 9 die Maij, in reliquum reuolutionis minatur mor-
bum frigidum & humidum, abundantiam flegmatis, atræ bilis importunitatem, &c.

Nn Pro Re-